CARMINA

Appoſita Paſquillo An.M.D.Xiiii.



Paſquillus ad Reuerẽñ. Car. Angliæ.

CArmine ſi laudor laus eſt tua/gl̃ia/pręſul:
Si tu non eſſes/nil niſi pętra forem.

Roma alloquitur Mercurium.

SÆpius optaui ſuperis perſoluere grates
Tanto pontifice quem tribuere mihi:
Sed nunq̃ potui. nullus cum̃ nuncius eſſet
Mittere quo poſſem talia verba deis:
Roma deis vobis grates agit alma Leone
Paſtore & domino preſidioq; ſuo
Qui pius ē/placidus/diuinus/blādus/amenus/
Ac. etiam prudens/relligionis amans/
Humanus/mitis/iuſtus/virtutis/amator/
Profugiumq; bonis/perniciesq; malis/
Sed quid paſtoris dicam de moribus huius
Venit ab ęthereo diuinitate choro
Vrbs quoq; vos orat ſuperos vt reſtoris annos
Fœlices viuat paſtor in orbe Leo.
Hic nam cernentur belli veſtigia nulla
Aura ſi paſtor veſcitur etherea
Et veniet bona fraterno concordia fumo
Ac quoq; cum pecore pax erit. atq; lupo:
Hęc igitur ſuperis non dedignabere ferre
Cum bonus ipſorum nuncius ipſe fies.

Digitized by Google

¶ Surgite mortales/ & toto pellite ſomnos
Corpore/diuorum nuncius altus adeſt.
Eſte omnes lęti/ceſſent iam triſtia bella
Marſq; caput celet/ſęua minerua abeat.
Iane biceps nodis centum claudatur ahenis
Bellorum dextra ianua ſęua tua.
P erpetuam pacem velox cyllenius affert
Roma potens/artes/verba decora tuis.
Pontifici dentur horum eſt qui cauſa bonorum
Viuacis cerui ſęcula longa pręcor.
¶ Me duce mercator terrarum permeat orbē
Et querit lucrum fraude doliſq; ſuum:
Me duce diuitis: quiſquis valet ore diſerto:
Congerit/& iudex me duce querit opes:
Me duce fur latitat/ſpoliat/raptatq; malignus:
Me duce & ingenium mobile fitq; malum
Me duce diſcuntur vſure/& cętera/quę nunc
Curia ſollicitant/ſuntq; in honore modo.
Me duce Tartareas anime de corpore tracte
Ad ſedes veniunt perpetuoq; manent.
¶ Romanas referunt cur res habitare mineruā
Auras vitales dum fouet vrbe Leo
Qui pariter fragilem recto regit ordine cimbā
Dum viuit rexit clauiger vt ſuperum
Virtute ingenio ſapiens decus omne gubernat
Surgat vt ad ſuperos gloria Pontificum
Cui nunc pennatus portat caducifer alis
Nūciulum: vt ſceptro viſet vtrumq; polum.

¶ Tu q̄ cuncta potes / titibāt quo tartara / pādes
Vt referam vere quid ſibi turba volunt
Is dictis: mirum eſt: fulgentia ſigna per auras
Cernimus: apparet ſpiritus ante chorum
Vera cano referens: ſis omnipotentis alumne
Nuntius: eccleſię talia voce ſones:
Accipe marſupiū baleas quo vincere mauros:
Et teucros forti ſicq; tridente domes:
Quid magis optādū eſt? nec oria turpia tardēt
Immenſam turmam ducere ad arma virum:
Quod ſi deſpicies noſtri mandata tonantis:
In te propediem ſęuiet ira Iouis:
Hęc vbi dicta dabis: tectis dabis oſcula mille:
Et dicas noſtri paſtor vbiq; vale.
¶ Hęc cape ſacra deū Leo ſumme īſignia iuſſu
Nec pudeat: fas eſt: ſic tua ſceptra decet
Iuppiter ex alto nā te ſanctumq; deumq;
Proſpiciens ait hic q̄ bene noſtra gerit.
Vade vices noſtras (inquit) Cyllenia proles
Cui nunc in terris ſceptraq; iure tenet
Et da huic omne tuum officium: fuit iſta petēdi
Mœnia cauſa quidem: quæ mihi iuſſa cape
Diuinum primo caput hoc obnube galero
Fautori namq; hoc conuenit eloquii
Aurea deinde tuis necte hęc talaria talis.
Et ſume hoc ſceptrum: munus apollineum:
Quo diſſidentes animos ſedabis eoq;
Tu pacem poteris fundere Chriſticolis.

¶ Carceribus martem trhaxi Iunone precanti
Inuentaq; lyra: inuentoq; ſermone: paleſtram
Edocui: ingenium: merces & dicitur a me:
Caucaſeo affixi vinclis in monte prometheũ:
Androgenumq; habui diua cythereide: bini
Serpentis bellum poſui crudele caduceo:
Alatis volo cum talaribus: aſtra galero
Tẽpero reſtrictis mihi crinibus: argiphontes:
Interpreſq; deum: decimo do noſtra Leoni
Federa per totum ſecum orbẽ ſpargere pacẽ.
¶ Cernite vos hilares iuuẽes/nec lędite pulchri
Mitis auem pueri dum mea mordet auis.
Lędere me vultis? ſerpens amplexus vterq;
Mordebit/baculus franget & iſte caput.
Si non iſta placent/pro veſtro podice vobis
Tradam quod mordẽs fortius inguen habet.
¶ Vnde Iouis dignate renis nunc nũcius alti:
Plecteris eloquio/furta vel vlta mouent:
Nõ locus vrbe tuis prędonibus/amoue furtim
Intendat reſtis ne caput vlla tuum:
Neſcis habere iuris Romano ſanguine Romã
Principe/principibus iuſtior orbe Leo.
¶ Maxime te vatũ vates Leo/victus Apollo
Vt tibi det Lauros ab Ioue pulſus erat.
Maxime pacificum pacator/ſic ego victus
Te Leo/pacatrix hęc mea: virga tua eſt.
Iuppiter at regni ſocio te gaudet aperti/
Armiger alta regit/tum regit ima Leo:

¶ Ola dũ fremeret armis ſub robore: ſumpſi
Et Iani & Martis formam habitumq; Dei
Sed poſtq̃ pax & fides viguere Leone
Sub decimo: phœbus fio & Atlanthiades
¶ Vatibus vt deus hic/vires ĩ carmine pręber.
Sic Leo pręſidium pauperibus tribuis
Vt facilis ſuperis hic eſt/ita maxime mitis
Es Leo tu populis/tu pius: iſte pius
Hic ſapiens/ſapiens quoq; es/tu deniq; diuo
Et ſimilis magno/vel probitate ſimul.
Iure igitur ſuperis debemus reddere grates/
Illis ꝙ dominum nunc tribuere parem.
¶ Cerdones mihi iam venalia tergora: pelles
Innumeras (ceſſent calciamenta) ferant
Facturus quia ſum multas habitura cauernas
Marſupia: cingant quę mihi vtrũq; latus
Ilia lędantur contacta pondere terra
Quod loculis faciat flaua moneta latens
Vtq; amnes omnes neptunia guttura ſorbent
Sic pellat numis noſtra crumena ſitim.
¶ Si nõ ſum velut eſtis: hñt mea põdera culpã:
Deucalion ſaxum vertere non potuit.
¶ Nõ hõ me melior romę ẽ/ego nil peto ab ul
Non ſum verboſus hic ſedeo & taceo (lo
¶ Paſquillũ miſerũ: cornix tria ſęcula viuit.
Plus cornice loquens: vix ego viuo diem.
¶ Oppoſui clypeũ: & lateri muniminà noſtro
Ne quiſquam latebras vellet inire meas.

¶ Sume noui verſus proles cillenia vatis
  Qui nouus ingreditur menia docto modo
Eloquioq; faue duci facunde requiro
  Dum re quæ fuerit ſic tibi cauſa viæ
Ridet an iſte tibi terrarum hic angulus vnus
  An mandata Iouis nuncius alte refers.
¶ Sumo tuos verſus mitiſſimus alte poetæ
  Et que ſcire cupis nulla negabo tibi
Iuppiter huc alto me nunc demittit olimpo
  Vt moneam veſtros agmina magna viros
Italiam duro tueantur vt enſe miſellam
  Ne laceret penitus barbarus hoſtis eam.
¶ Marte venis ī marte: qd hoc? qd pmiger ar
  Hic improuiſus nunciat ante diem? (cas
Gonueniſſe refert/diuum cum marte Leonem
  Magnus vterq; deus turca inimicę caue.
¶ Eſt tuus iſte dies/te cur tegeatica proles
  Exuit/armata mars trepidande manum
At non ipſe deus: facit hoc de more iuuentus
  Romulidum/cui nil non placet atq; licet.
¶ Ex tēplo in volucrē lapis hic tegeaticō exit
  Nec mirum: ſapiunt ſaxa volente deo
Quid tamen adportet diuorum nuncius orbi
  Eſt dubium: ſomnos nil niſi virga dabit.
¶ Hęc mihi petra nouē genuit duriſſima frēs
  Hic genitos vna deuorat illa die
Pallas & Arpocrates ianus luctusq; fuerunt
  Alcides Phebus Mars modo Mercurius.

Digitized by Google

¶ Hic Paſquillus erat vult⁹ & brachia fractus
Facundus nunc eſt nuncius ecce dei.
Miror/& obſtupeo: quidnā mortalibus affers?
Augurii Maia Nate bocine mali?
Si bona ſunt q̄ affers nobis/bn̄ veneris hoſpes.
Si nigra ſunt: alis vtere: ſitq; cito.

Ad Paſquillū Mercurialē in laudē ſolius
Sforciade Ducis Italici/Petrus Vignola.

¶ Venimus o Princeps nr̄e ſpes maxime vitē
Vt decus aſpiciant lumina noſtra tuum.
Aſpirant lacerę nunc demum flamina genti
Sydera cuncta fauent, iam mala ſors abiit.
Iam metus oīs abeſt: latiū percurrere mœſtum
Poſſumus: offendet pectora noſtra nihil.
Dum tua Sforciade cernant ea numina prolis?
Atq; tua Italiam liberet vna manus.
Quis timor eſt? Deus ipſe tibi dignatur adeſſe,
Ac rata ſunt illi quę tua vota facis
Nec mirum faueant tibi q̄ pia numina cœli
Non mirum prēſtet q̄ tibi cuncta deus/
Placantur iuſtis cœleſtia numina votis/
Nil niſi qđ ſanctum eſt manat ab ore tuo/
Tāta igitur ſuperū cum ſit tibi gratia princeps
Vignole memori pectore dona cape.
¶ Aurea vt inſpiceres veniſti ſecla Leonis
Mercuri? nam ſunt fac igitur redeas
Atq; Ioui referas/donec Leo ſceptra tenebit
Sit modo vita diu Talia ſemper erunt.

¶ Cur informe ſus tu dic paſquille: quot annis
Nomina tu vertis: & decus omne tuum.
Cur tibi doctiloqui prębent ſua dona quirites
Teq; pedanteis carminibus decorant.

Reſponſum.

Deſine Roma meis mirari veſtibus: alto
E celo redii: ſic iubet eſſe Leo.
¶ Olim deſilui peragens mandata tonantis
Totq; fuere meis lumina victa modis
Dū nō armētū ſed amor tibi delphice eurc eſt
Crimine perfidię battus it in ſylicem
Dumq; metum ſuperis vaſti fecere gigantes
Mentitur vultus pluma recepta meos
Nunc quia laudando ſudat dea fama Leonem
Auxilior volitans oraq; noſtra valent.
¶ Optimus excelſa, dum regnat preſul in vrbe
Ac recipit ſummo reddita ſacra Deo.
Pallada mortales dicunt ſociare Leonem
Et fouet eloquio nuncius ille Iouis
Nunc igitur merito ſtatuit Romana iuuentus
Vt detur eloquii dux bonus vrbe potens
¶ Quid medius gemino referās ſacraria mūdo
Nuntius ad portem: figite nunc animo.
Aurea nunc iterum rediiſſe in ſecula mundum
Concino tum priſcam nunc rediiſſe fidem.
Namq; dies celebranda venit: qua cūcta p orbē
Reddentur placida: quo ſinit vſq; Leo.

¶ Quicqd agis paſquille pateris ꝙ diceris eſſe
Terrarum dominus. Seruator & vnicus vrbis
Romę qui fidos multos retinere miniſtros
Cogeris & mō quē gratis oculis quoqꝫ amicis
Conſpicio varie argentoqꝫ auro redimitum
Nuntia lęta tibi refero placituraqꝫ grate
Cęſaris imperium cętu anglorum auxiliante
Gallorum imperium ſubuertit & infima iuſſit
Acceptare loca & romano cędere fecit
Illis inuitis regno. nunc inſuper ille
Maximus anglorum rex inuictiſſimus ille
Subueniente ioue ſublimi gallica regna
Infidam patriam potius mahumętica regna
Dicere quidem dignū eſt ingenti deſtruit atqꝫ
Inuadit cętu populorum. captat & vrbes
Caſtraqꝫ ſubuertit numero ſine ſęuit in omnes
Iudico quidem ſanctum factum firmūqꝫ teneri
Aſt Cęſar venetos piſcatoreſqꝫ rebelles
Romano imperio vicit ſubiecit in omnem
Pauperiem digne proprioqꝫ redegit in antro
O paſquille potens hec eſt concordia grata
Optima firma feras Angli quoqꝫ Cęſaris almi
Hic venetos nunc ille quidē gallos mihi crede
In nihilum rediget patriamqꝫ deſtruet omnem
Hii tibi ſublimē perhibēt modo ceruis honorē
Aſt alii nullum: foueas paſquille potenter
Iſtis: & tibi ſit famulorum copia ſemper
Ingens cūqꝫ iſtis valeas in ſecula clara.

¶ Quã bene depoſuit Cytharã Paſquill[?] certe
Poſtq̃ ſe vulgi noluit eſſe iocum
Vt peream ſi non potuiſſet ſcurra vocari
Paulo aberat certe: nam Cytharedus erat
Ergo te laudo quod nuuc Paſquille deorum
Nolueris dici ludio: ſed dominus
Nam poſtq̃ locuples diceris: & ære beatus
Phas erit ethereum te vocitare Iouem.
¶ Me tua Cylleni decorant inſignia: Nam tu
Aſtus / & eloquii diceris eſſe deus.
Et placet / & laudo: Sed tunc magis iſta ꝓbare
Mequoq; ſi tegerent munera grata Pilæ.
¶ Quam cito Mercurius pfecit iuſſa parentis
Cum virga tactum gladio caput abſcidit argi:
Splendida vt emictat tanto cœlebratus honore
Lumina: cum primũ roſeos Aurora rubores
Liquet: & vt placido fulgens exurgat eoo
Nam Romana choors te miris laudibus affert
Nate Iouis: quamq̃ vix tanti Cyntius olim
Vt madidus fuerit nubes depellere cœlo
Poſſet nunc tardo florent per frigota vere
Sed tamẽ arua magis rigida: eſt nũc ĩbrib[?] ĩpis
Vis igitur nulla: aut p lumina Maiados alta
Vel quia Fulminifer populi cui cura quirini
Semp ineſt: nobis placidum mãdauit alũnum
Nuncia vt iſta gerat: Iani ꝗ clauſa bifrontis
Ianua priſca manet: nam virtus ſacra leonis
Horrida bella vetat: pacẽq; amplectitur almã.

¶ Nunc ego totius dicor caput inclita mundi
Eſtq; patens toto nomen in orbe meum.
Nunc pia religio multis cumulata vigebit.
Qu: fugiens linquit me laniata procul.
Nec non & virtus ęuo comitata Leonis
Qui nunc mercurii nomina ſumpſit: erit.
Nūc fœlix/nūc magna ferar: nūc dulcia ſurgūt
Expectata diu tempora Roma tibi.
O quoties pulſata micans mihi Ianua cęli eſt.
Mitteret vt talem quo regar ipſa ducem
Nunc magno ſum grata ioui: deſcendere iuſſit
Natum: mercurio ſum quoq; non renuit
Vt cœlum valida patrui ceruice quieuit
Sic mea mercurii numine regna ſedent.
Doctorū hic fautor vos o quibus ardua preſſa.
Eſt via fœlices pręmia digna manent.
Eliſiis virtus fortunę verbera campis
Quum paſſa ad cœlum languida carpſit iter
Quam placidus flentem tantū miſeratus: & illi
Inquit mercurius nunc pręcor vt lateas.
Non vacuum ſemper nigris obducitur ęther
Nubibus: & venient tempora clara tibi
Impia virtuti cedet fortuna: manebunt
Dum tanti in terris numina clara ducis.
Teq; deam facimus virtus celoq; locamus
Donaq; fortune hec tempora deſpiciunt
Nil aliud referam: niſi nunc hec pauca leoni
Viue diu & fœlix ſis memor atq; mei.

Digitized by Google

¶ Mercurius ſūmo nūc ſum demiſſus olimpo
Miſit & omnipotens me deus huc equidem
Et dixit: dices quę nunc tibi verba leonī
Dixero pontifici nomine cuncta meo:
Hac igitur cauſa lector Mercurius ipſe
Nunc videor: nam ſum nuncius ipſe Iouis
¶ Cum iā Roma ſuos horerret turbida caſus
Cœlicolæ ſolium ſuſtinuere ſuum.
Reſpexit phœbus venit: tum inuida pallas:
Cum grege pierio mixtus & inde leo eſt
Iſtius virtus phœbo ſtat proxima fratri
Mercurius donec concita quæꝗ premit
Aſpice Calliope dominos iunctaſꝗ ſorores
Pierides Romę numina clara tuę
Roma deum ſedes & diuæ palladis antrum
Quam regit æterea miſſus ab arce leo:
¶ Quid ꝓceres ſupeſt cur delia phama p vrbē
Mutatum pharetra laurus & ipſa comes?
Bella vigent toto martiſquoꝗ pręlia mundo
Receſſit/laurus mirtus in orbe micat
Nuncius a/magno dimiſſus nomine Iouis
Facta refert populo martis abere deos
O felix ſine fine leo quem Roma beatum
Conſtituit cunctis ante ferendus auis
Aſt ego mercurius virgam comittere queo
Et valeas prauos tradere ſuplitiis
Ac valeas fetidos redolentia noſcere cuncta
Turcorum genus pellere queſo velis.

❡Dic cur tu pileum: & pedibus talaria nectas:
Serpentes virgam curq; geras manibus:
Dicā eqdē capite: & manibus pedibuſq; ego tā
Res fero. nāq; hoſpes aera magna ſeco.
Dic precor ergo tuū nomen curq; Æthera totū
Tranſieris? curq; hac veneris vrbe citus?
Maia ego ſum genitus: pr̄ eſt in iuppiter almus:
Nomine mercurius dicor athlantiades.
Imperio iouis huc venio/qui cuncta gubernat
Cum terris: pelagus: infera: regna polum:
Nuntius es diuum ſi tu mercurius ergo.
Dic nunc ſiderei candida iuſſa dei.
Imperat hęc decimo ſemper parere Leoni:
Sumamus lęta iuſſaq; fronte pia.
Imperat vt toto pellantur crimina ab orbe:
Atq; ſuis aris debita thura dari.
Quę ſi vos placidi ſumetis iuſſa: eademq;
Vultis pro veſtris viribus illa ſequi.
Aurea iterum vobis ſaturni tempora ſpondet
Reddere/& horrendum pellere martis opus.
❡Roma mea ē ſpectator: qdni? frater apollo:
Romulus inde Leo: me voluere patrem.
Hanc teneo: Donec ſceptroq; mixus eburno
Rege Leone fruor: nominis auctor ero.
Romulidas habitare domos pia numina nūq̄
Deſtituent dulcis nectaris aucta iera eſt.
Aſt ego nunc animas triſtes miſeraſq; leuabo
Et tumidos mites reddere noſtra via eſt.

¶ Linquere celeſtes potuit Cyllenius arces?
Sic ſuperum ſpernens dura ſupercilia:
Tartareum fugiens iuſſus paſquille baratrum?
Non reuocans animas. vnde redire volunt:
Non hoc mireris: martis pulcherrima proles
In promptu quoniam cauſa ferenda patet.
Induit hoc marmor cupians videre leonem:
Auſpitio cuius Roma beata manes.
¶ Salue orbis decus & martis veneräda ꝓpago
Diiq; pedanteis te eripiant manibus.
Mitteret heſperios cũ me pater altus in agros
Flore ſatus nobis talia dicta tulit.
Te precor inachide (nam tu per inane volatu
Inde volas) latii mœnia cælſa petas.
I/precor/& populus verbis affare potentem:
Iuſſaq; magnanimis omnibus iſta feras.
Sint clare: corde atq; pio ſacrata leonis
Numina concelebrent magnificiq; ſimul.
Nãq; hos cuſtodes ſtatuit ſibi ſumma deorum
Maieſtas: vllo non temerata loco.
Robore q̃ fortes/ſapientes mentibus ambo
Vt latonigenæ lumina in orbe micant.
Talia fatus erat: ſumpſi talaria plantis
Prepetibus pennis aeris omne ſecans.
Neue nimis lentus ſuperis mandata reportem:
Auribus & placidis ſit mea lingua nocens.
Hæc iubet: hæc fieri ſum cert⁹. ſupplico quæq;
Parcere me nimium verba dediſſe viris.

¶ O Leo prȩſidium vatum/fautorq; virorum/
Cui dedit hac claues iuppiter arce ratas.
Adſum ego q quondã toto paſquillus habebãr
(Nil timeas) populo/mercuriuſq; dicor.
Ad te cui cȩlo eſt conceſſa potentia cliuum
Nuntius accedi/talia iuſſa ferens
Si tibi muſa fauet nunc/vel patereus apollo
Cecropia ac preheſt corde minerua pio.
Si tibi mercurius: tu vatibus eſſe teneris
Preſidio/eloquium cum iacet omne meis.
¶ Tu me marmoreum iudicas? tu marmora pi
Nõ ego mercurius? neſcio: tãge nates. (cta
Nonne ſcire debes vates mihi carmina dantes/
Eſſe cupidineos? hos neq; credo ſequi.
Laſciuos cogitas genitricem nonne creaſſe
Naturam vates? continuare cibos.
¶ Tu quicunq; meos ſpectas id carminis auge
Carmina non frangas candidiora niue
Da tua ferre licet: ſermones ingrue doctos
Namq; placet: doctis Roma colũda bona eſt
Deſine turpe loqui caſſum mihi ſuſcitet omnis
Carmen: Mercurio hoc nunc placuiſſe putes
Nam leo ſerpentes vultus facieſq; miniſtri
Obſeruant ſedem quam ſtatuere Dei
¶ Nuntius interpres: fortis preſcitor: Alũnus
Diuorum explorans cuncta ſecreta Iouis
Huc mitto tibi Roma faces: diſcordia/bellũ/
Rixa/æris rabies/in leo. tollat exunt.

¶ Sum maia genitus/Iouiſq; proles:
Cyllenen Colui priusniuoſam:
Nunc vrbem petimus: pio dicatos
Colles clauigero: ſeniq; Iano:
Cui iuſſu patris omnibus decentes/
Atq; orbi miſero affero querelas.
Ne poſt hac populis fores recluſas
Pandat: ſed triplici ſera ſacellum
Claudatur: ſatis indies ſuperq;
Orbis tabifico madet cruore.
¶ Vt marti fuerā charus dum tempora cypris
Pendebant: mauors dumq; gerebat hylas.
Vt doctę fueram gratus caſtęq; mineruę:
Sum ſic/& vates/hac luce marce tibi.
Vt muſis fueram charus dum vitā manebat:
Sic magno gratus carmina pango ioui.
Gratus eram muſis: eadē quoq; gratia mea eſt:
Gratus eram veneri: mortuus & veneri.
Inclyta paganę moderabor olimpia palmę:
Nam dant inuicto digna trophea viro.
Cur mea circundant victrici tempora lauro:
Primus at ex omni gente poeta canor.
¶ Qui tibi paſquillus fuerā/vel īutile marmor
Mercibus en pręſum numen & imperium.
Cur? niſi vt emeriti pręcium iuueniſq; rependā
Ingeniis: quę me carmine nunc decorant?
Iam mea/qſquis erit: celebret q noīa rythmis
Hanc męcenatis ſentiet eſſe manum.

❡ Numina temporibus duo deſcendere Leonis
Virtutem oſtendens Phoebus Apollo fuit.
Bella fuere inter nam gẽtes: principium acerba
Vt placeat corda, eſt miſſus Atlantiades.
❡ Tunc cũ belligere ſequerer veſtigia martis
Offendere ſatis carmina veſtra mihi:
At ſophię modo conteƈtus ſub imagine diui
Nihil mihi profecto garula metra nocent:
❡ Q đ teneas tãtã ĩ dextra Paſquille crumenã
Et ſis ingenii nunc deus atq; lucri.
Qui velit exultet ſuccurrere velle videris:
Sed tuus iſte habitus / quid mihi? pauper ero
Nã quid ſperandũ eſt? ſi vt tu dant p̃mia nobis
Qui debent noſtro reddere ſeruitio.
❡ Olim marmor erã: quid ſim nũc queritis: oẽs
Sum genitus maia Mercuriuſq; vocor.
Ambiguũ eſt, quid ſic mutẽ bis corpus ĩ anno
Non hoc ſit mirum vt tempora ſic moueor.
❡ Dum tibi reſpicior truncatur burſula fure
Mercurio tribuitur ſine Cuculus ero.
❡ Deſine Roma tuũ mirari priſca tonantem
Deſine Marmoreos tollere ad aſtra deos
Aſpice Mercurii faciem / tua iuſſa per orbem
Atq; tuas laũdes tua ficta canit.
Italia nec regas iniquo fuerit latini
Numina quid melius Roma quid vtilius.
Si tamen aſpicias diuini principis ora
Conſulat vt mundo Iulie putabis opus.

¶ Quã bene Mercuri mentiris imagine formã
Tam bene noſtri æui res: homines q; refers.
Cernis enim Romam ſudare libidine lucri
Et Mala fucatis tecta latere dolis
Quo veri vidimus cultum peſſum ire tonantis
Et ſacra nunc auro/thura: preceſq; dari
Inſtitor exuuiis inopum: ſuperumq; rapinis
Dicatur: faſces ſcandit & ille ſacros.
Romulidas arces tenet hic/Tarpeiaq; ſceptra:
Hic tenet eoas/occiduas & opes
Inclyta ſed virtus lacero ſordeſcit amictu:
Ingemit: & fruſtra poſcere querit opem.
¶ Optatę ſeu loeta feras modo nunctia pacis/
Iras ſeu ſuperum: ſeu noua bella ducum/
Cecropidæ ſimilis Herme es/taceant mõ vatũ
Ora/& mendoſi vulgus inane fori
Marmoris effigies ꝓbat hoc: mutilataq; mẽbra
Eminet e trunco quod caput atq; rudi.
¶ Fingũt Mercuriũ celerẽ ſacra carmina vatũ
In pedibus pennas ꝙ gerat ille ſuis
At poſtq̃ occipiti impoſuit talaria pictor
Aut deus ingenii/aut fuit ipſe leuis.
¶ Atlantis mea muſa tuis reſonare nepotem
Eia age carminibus/qui tibi ſępe fauet.
Sit mihi fas facunde modis te viſere noſtris
Cylleni/& nobis quam potes affer opem
Ingenium nobis tribuas/qui cuncta gubernas
Vt poſſim pluribus te celebrare modis.

¶ Forſã ego qui ſim nũc martia turba reqret
Mercurium ſactum cernitis egregii
Qui faueo ſemper lucris & mercibus. et qui
Duco artem mecum quippe ſoporiferam
Sed quid agã interris forſam mirabere Roma
Nuncio pontifici nam ſine morte decus
Qui populos vna ſeruabit lege beatus
Quod nunq̃ potuit Iulius efficere.
¶ Quid petis e/cœlo veniẽs Cillenia proles?
A/Ioue/vel ſęuo Marte iubente venis?
Dic populis pacem portas? an bella minario?
An doctum Thuſcos aduenis ipſe dolos?
Nuncius haud belli venio: nã nulla ſub armis
Me tuba conſonuit q̧ fera bella canam.
Gentibus aſt pacem porto Leo quoſq̧ ligauit
Qua populos: Dños: quã fera regna p̃mit.
¶ Mercuri mandata cui cõmiſſa deorum.
Te precor vt doctis grandia dona feras.
Et tibi furtorum cuncta eſt conceſſa. poteſtas.
Et mercature gloria prima fuit.
Nuncius vt placeat diuo veniſſe Leoni:
Et ſuperos libeat deſtituiſſe deos.
¶ A Ioue fratre tuo venio Leo nuntius ad te
Mercurius volucri lapſus ab arce pede
Qui tibi ſumme deus toti mirabilis orbi
Significem pacem/ſecula lęta/& opes
Barbaricaſq̧ minas/ſperne atq̧ hoſtilia tela
Nam parent cœli/fulmina fratris habes.

¶ Squallidus/illuuies dira/ & pãnoſus/iberus
Pauper/& ignotus/martia tecta petit.
Congerit aſt ſubito precelſa Palatia/ veſtes/
Gēmas/ſe ſummis diuitiiſq; replet
Sic modo tu fueras nudus paſquille: iã honore
Verſibus/aurata & veſte/decorus ades.
¶ Olim mauortē Phœbum nunc deniq; cœlo
Deſcendiſſe volunt me quoq; Mercurium
Dū mihi forma recēs ſpectas Romana iuuēt?
Fugerit hęc eadem hic ego ſolus ero.
¶ Quo noſter petiit Paſquillus/dicite Ciues?
Quidq; lares cedens deſeruit patrios?
Eſt ſcio Mercurius ſedem q̄ preripit iſtam.
Aſt vnde hoc miror: nam bonus ille fuit?
Deſine mirari: varias dant tempora formas:
Hac opus eſt nobis: talia conueniunt.
¶ Qui ſuperū interpres diuū Cillenius: adſū
Nuncius e/cœlo miſſus ad eſſe pacis
Virga hæc quæ primū bellātes ꝑtinus angues
Diſpoſuit: dirimet prȩlia bella ſimul..
Et quod non placuit tantas componere lites
Mortalibus: ſuperis iam videt ecce viſum eſt
¶ Hermes debilibus noſtris thalaria plantis
Commoda: vt iis valeam Numen adire tuū
Qđ ſi forte negas: nec habes me ĩ perſea: mitte
Vel numeros/hodie quos tibi Roma dabit:
Vt ſaltem/ſi non foueas mea corpora greſſu/
Oblectent animos carmina docta meos.

Digitized by Google

¶ Cur paſquille tuo fallaci accedere vultu:
Audes: & falſa ſemper adeſſe toga?
Cur diuum prolem: & cœlo deſcẽdere ab alto
Te ſimulas: vindex non pręmit ora rubor?
Cur galeã martis, nunc: ſcutaq;: ſũmis & haſtã:
Cur nunc Phœbeas accipis ipſe comas?
Cur nunc ſacras mercurii tu concupis alas?
Ora nec abiectum ſummere tanta pudet?
Cur toties tanta mendax inſurgere pompa
Audes? cur formam fingis habere deum?
Lympham cum nequeas venalẽ ferre ꝑ vrbẽ:
Et cum deſit quo membra pudenda tegas.
Quid tibi? quo poſſis tantas conducere veſtes?
Vnde venit formę nunc tibi tantus honor?
Te credo: & ſcio totum mendicaſſe per annũ:
Vt populus dextris vellet adeſſe piis.
Hinc pauper tanto nunc tu celebraris honore:
Hinc tibi mendico tam ſacer iſte dies.
Nam quicquid ſupplex toto tu cõgeris anno:
Munera conduxit: donaq; tanta dedit.
Tu nũc gaude ſed ſolitum cras incipe munus:
Anno vt venturo laus tua poſſit idem.
¶ Nate Iouis ſuperis grat⁹: puer arcas: & Inũs
Qui tranas ſtygios impiger vſq; lacus:
Veniſti tandẽ noſtrum viſure Leonem
Qui facit/vt cædant aurea ſecla ſuis.
Fac pergat: tollatq; viros ſine crimine linguæ
Laudibus ornatos: ingeniiq; bonis.

¶ Non ego paſtori inuideo: tettico ve magiſtro
Non archytecto Dedaleo ve fabro/
Sed nec Aratori loetam qui vomere terram
Excolit: aut iuſte qui fera bella monet.
Non piſcatori: nautę: medico ve perito.
Verboſo ſed nec Cauſidico inuideo/
Sed tibi paſquillo: Romę qui diceris ortus:
Mendoſus forma hac inſtitor eſſe cupis.
¶ Sis verus ſuperum licet miniſter:
Fati preſcius: & futura callens:
Delyrans puerafcis o miſelle.
Tichoni ſuperas dies & annos:
Triſęclis Pylii ſimul ſenectam:
Nec dum ſcis dare tempori quadrantem
Vultum: conſimilem parem ve veſtem:
Alis ſcilicet & Caduceo nunc
Eſt paſquille opus: anguibus feris vel
Fac Ceruam Libycum leonem amare:
Fac Gallumq; Iouis vicinum:
Fac Tygris rabidum ſinat furorem
Luſtris imbibitum: Camelum Equo ve.
Iunge: aut lanigerę lupum bidenti:
Quo vocis videam euidens periclum.
Quo præſtantia viuidęq; linguæ:
Quo ſolers pateat vigorq; mentis:
Et pacis placidos dies hoc anno
Venturos poſito furore Martis:
Credam: te ſuperum miniſtrum.

Digitized by Google

¶ Quæ tua nã ſors eſt nunq̃ niſi carmina habe
Paſquille & nullo tempore diues eris? (bis
Sit pudor & quęras(dũ ſe tibi tépora prębét)
Vt poſſis aliquas viuere diues opes
Quo facere id poſſis nullum ſubeundo laborẽ
Te doctum verbis expediam breuibus
In vaticanum propera Paſquille vbi multis
Aſpicies lapides viuere diuitiis
Hinc igitur ſecede illuc nam tempore paruo
(Credas vera loquor tu miſer ipſus eris.
¶ O tu Cylleni iam perfice iuſſa deorum:
Cur ſic muteſcis verſibus hic poſitis
Nq̃ã malefecitte huc mittere Iuppiter almus:
Quid facies mutus vade recede domum
Non hodie certe faciam mandata parentis:
Si non reſponſum verſibus his dedero.
¶ Quod teneas tãtã in dextra paſquille crume
Et ſis ingenii nunc deus: atq; lucri (nã
Qui velit exultet ſuccurrere velle videris
Sed tuus iſte habitus/quid mihi? pauper ero:
Nã qd ſperandũ eſt? ſi vt tu dant prẽmia nobis
Qui debent noſtro reddere ſeruitio.
¶ Te quoq; cũ vario renouét hęc tépora cultu
Et tibi det numeros turba perita nouos.
Diſpereas: anno quę ſunt detracta priore:
Si mihi non dederis carmen & exuuias.
¶ Eſſes Mercurius ſi naſus acutior eſſet
Eſſes Paſquillus/ſi tibi defficeret:

¶ Gratulor/ & forti neq; ſuccenſemus iniquæ:
Dũ rude Cælicolũ numina/ marmor habes.
Inuarios ſemper ſuperos Paſquille quotannis/
Verteris/ & populum/ quo venereris/ habes:
Integra nempe die tibi mẽbra mereris in vno:
Te celebrat numeris Martia Roma ſuis.
Aſt ego/ Cui proprii nõ deſunt corporis artus/
Negligor: & Curę comprobor eſſe Iouis:
Inuiſor nullis: cęno quoq; polluor atro.
Nec niſi ridiculus ſpector in vrbe lapis.
Nec tamen inuideo: nec enim tua gloria tãti eſt
Craſtina: vt affectem vulnera velle pati.
¶ Mercurius terris venit cõponere pacem
In cupit: Æterne Romaq; maior erit:
Quæ ſemper toto pacẽ poſſedet in orbe:
Nil cupient: pacem q̃ niſi perpetuam:
Mercurio Maia eſt pulcherrima mater & ipſi:
Iuppiter eſt ſummus Mercurio genitor:
Nuncius atq; deũ eſt fortiſſimus illeq; ſem per
Diuorum narrat iuſſa piũq; viris:
Eſt vt Atlãtiades componens pacis: & ipſe
Sic Leo nos placida pace tenere queat:
Vos populi magna clametis voce Leonem
Viuat ſic longa pace tenebit eos.
¶ O Leo ſancte pr̃ quãto me munere donas
Legibus/ Eloquio/ Mercibus atq; fruor.

¶ Paſquillo Mercurio vt Dacij: Mi oia ſibi
Dicata carmina deferat phalecii
Defer carmina Mercuri beato
Regi Sphorciade/diſertiore
Lingua tu numeros peritiorum
Vatum quos tibi dedicant quotánis
Exolues melius: volabis illhuc
Alis q̃ citius: nec illud obſtat
Q đ ſis marmoreus: potes latentem
Formam linquere/ & illa abire parte
Qua tu Mercurius videris omni.
¶ Et licet indignus tali prębere ſalutem
Sim tamen illius ſcribere iuſſit honor.

Paſquillus ad Corteſanos

Siquis romana mandant in vrbe patronum
Me viſitet ſubito ſi ſatur eſſe velit:
¶ Vſq; ego te pictor dicebā es verus Apelles
Conueniens ſemper nam tibi pictus eram
Nunc nimium erraſti nimium me iudice: recte
Si donatus eram iam vice Mercurii.
¶ Mercurius Paſquille cupis dici atq; videri
Eloquiiq; putet inſcia turba Deum
Falleris & quoniam falſo te nomine iactas
Conueniet/furti/mercis & eſſe Deum.
¶ Seu mercatorem: ſeu mauis pignito furem.
Me: ſic conueniet tempori & hermes ero.
¶ Si tibi quot verſus eſſent Paſquille talenta
Hoc magis opprimeret plena crumena manū

Digitized by Google

¶ Si recte aſpicio quis ſis Paſquile/ videris
Hoc baculo pueris imperitare meis.
Serpentum morſus pariter curare/ ſed ito
Ad florē campum commoda/ crede/ feres.
¶ Fac tua me ples nūc nūc trāſportet/ aceruos
Nummorum ingentes querere poſſe puto
Fac cytharā portet modulabor carmina/ vēdā.
Pluſq; obolo: hæc ſūmo carmina grata Ioui
¶ Quis Leo mitis erit? mitem ſpectare Leonē
A toto totum confluat orbe genus.
¶ Parcite iam pueri varias non credere formas
Summere poſſe viros/ quod videatis adeſt.
Nāq; ego Paſquillus toties qui corpora ſumpſi
Mutata/ vt querunt tempora/ ſicq; tegor.
Sed quia nunc regnant/ mores/ & q mea verba
Hii referant/ Maię filius ipſe vocor.
¶ Salue chare deū: quid ſtas ſanctiſſime vates
Nuncie: cur ceſſas: iuſſa referre patris.
Sum: quem dicis: ego ſumma demiſſus ab arce
Vt ſtarem: nobis munera quiſq; daret.
Cernere poſſe mei ſectantes numina fratris:
Hoc voluit genitor: Pallas & alma ſoror.
¶ Conſpicius ſemper foliis vt palma vireſcit
Surgit & impoſito pondere preſſa magis.
Mœnia ponderibus Venetū ſic pręſſa reſurgūt
Et maiora malis ſtant renouata ſuis.
Amplius/ o Reges operas ne perdere veſtras
Hęc contenta ſuo namq; puella viro eſt.

¶ Cinthius almus amat ſpeciẽs floreſq; fecũdat
Vatibus: hinc radix arboris omne tenet.
Inclita cui florent laudis monumenta perenni
Artibus haud vllis quę iacuiſſe valent.
Vade per hos vates fratris ſanctiſſima laurus:
Qui mea grandiloqui numina ſola colũt.
Aſt clarum cõceſſa loquor mihi vera dediſſe
Hoc poteram: frater quod tenet omne deus.
Vna ſumus proles cœli: feruorq; tonantis
Quod volet ille dabo: quod voliſſe meũ eſt
Huic Cytharã dedim⁹ ſceptrũ dedit ille tuliſſe
Mi placet: hunc recolas me tũ eſſe putes.
¶ Sunt qui vertũnũ te audẽt vocitare: qbus nõ
Error ineſt: numeror in quibus vnus ego:
Te quicunq; habitus paſquille decet omnis
Et facies: omnis ſic varianda dies:
Eſſe cupis phœb⁹ det plectra: cupido/ det arma
Plus ipſis verax vnus & alter eris:
¶ Męcęnas habuit multos Paſquille poetas:
Tu quoq; Mæcęnas carmine factus ades.
Vates ille ſibi charos decorabat honeſtis
Muneribus: grates non agis ipſe tuis
Tu Mæcænates (non mirum tempora ſeruas)
Nam noſtri tales temporis eſſe vides.
¶ Vt nouus extabit mũdus veniente gehenna
Complebitq; ſuum tempus amara dies.
Sic quoque tu fies renouata Venetia flammis
Vlterius nullis ſuccubitura malis.

¶ Non tot vertūnus ſūpſit Protheuſq; figuras
Quot tibi dat formas dum redit iſta dies
Mars clypio fortis nūc ſis: Nūc cynthius arcū
Mercurius nunc es: totus in vrbe micans
Cur te nūc vario celebrant iam carmine Vates
Et cupiunt pueri: cernere teq; ſenes:
Sed tibi non laudes tanti nec dantur honores
Accipiunt veſtes munera tanta tuæ:
Roma tibi ſimiles multos veneratur: at intra
Nulla manet ſapidi pectora mica ſalis
Socraticæ rurſus callentes dogmata legis
Deſpicit: his fuerit ſi lacerata toga
Deſine iam miſeros facie fraudare quirites
Nam lapis amoto tegmine ſemper eris.
¶ Nuncius ſummi Iouis ecce venit
Qui toto pacem manifeſtat orbi
Dira iam cuncti pueri ſeneſq;
Linquite bella.
Litteris omnes pueri vacate
Hortis & vobis modo mars ſit abſens
Arma qui & ſcutum galeamue texunt
Pellite ciues.
¶ Muneribus ſi cuncta tuis Paſquille repēdas
Carmina: iam cultus non ſatis hic fuerit.
¶ Miror nō decuit venereus duxiſſe ſororem
Ad quid/non ducens nobilitare thorum?
¶ Fallens vertūnus facies mutatum omnes
Vertendi noſtrum conſuluit ingenium.

¶ O potens vatum/geminiq; mundi
Mercuri interpres pater. vnde primum
Fluxit & neruis honor/& decora
Copia linguæ.
Arte dum blanda populos recentes
Cęde deterres ſolita/ſuiſq;
Prouidus ſyluis/meliora tandem
Querere ſuaſos
In que creſcentes facis ire muros
Marmora/ad vocem cytharę bicornis
Dulce ſubſultim tremuli inſecuta
Pollicis ictum.
¶ Qui modo Paſquillus fuerã Mercurius adſũ
Nec multum diſtat: quin ero quod fueram.
¶ Accipe mercator quę poſcũt digna labores
Præmia Paſquini qui modo diues adeſt.
¶ Quid ſpectas oculis toruis/male turba pedã/
Sũ ego Mercurius concipe ſęua fugã. (tũ
¶ Si bona terrena tibi ſint dilapſa crumena
Tantus mente dolor quantus inheſit amor.
¶ Cur Paſquille rapis puero ſua tela ſalacis
Sub caſto caſtus principe mundus erit.
¶ Mercibus aſſiſtens vendunt nã cũcta deorũ
Nuntius: e/tuſca de regione vocor.
¶ Phœbus nup eras: nũc hermes: ſi mõ ponas
Has phaleras/tantum vix rude marmor eris.
¶ Bellantes iterum virga diſnecte dracones
Aliger: & pacis ſœmina funde deę.

¶ Seruate atq; domos vicini claudite veſtras.
Predor/pennatis conſulo poſt pedibus.

¶ Pro numero cunctis vnum paſquille talētū
Reddere ſi debes: ſic cito pauper eris.

¶ Si tibi paſca dedit nomen Paſquille diebus
Cur non paſcalibus talia ſceptra geris?

¶ Ite domum miſeri fruſtra querūtur inanes
Hi loculi: & vani numina voce dei.

¶ Quid me turba frequēs itētis ſpectat ocellis?
Non me Paſquillum/ſed putas eſſe alium.

¶ Cyllenis gelido procul relicto
Adſum vertice/turba ſęua pręſto
Numen nunc venereris vſq; noſtrum.
Quę diris ſequitur meos magiſtros.
Semper. nec patitur diem quietam
Vnam viuere: proh furor virorum:
Argi vos moneat ſeuera cędes
In vos nę ruat hic furoris ardor.
Iamiam parcite. ni frequentet Orphei
Ritus horribiles/viaſq; lai.
Si ſic frangite membra cuncta/vitam
Fundatur deniq;/ne proterua turba
Corrumpant precos/Dei ſalacis
Ni diri monitus procul fugandi
Virtutem hec via non parat ſed vltro.
Pellit pectore. nec bene eſt in vna
Diſcors ſede animus/boni: maliq;.

Digitized by Google

¶ Turbor & excrucior quũ te Paſquille quõdã
Mutatum varias mireris effigies:
Nunc deus es: nunc ipſe lapis: ſic fata virorum
Sunt heu: fortunis gaudet is, ille dolet.

Paſquinus ad Bibliopolam
Qui mihi cũcta rapis, q̃ figũt carmina: cur nõ?
Cuncta refers ꝯarthis Bibliopola tuis?
Exornant/laudantq; viri: tolluntq; quot annis
Nomen ad aſtra meum: tu modo falce necas.
Ah nimium contra nomen tua pagina ſęuit
Æternum ingenio cur facis iſta tuo?
Mille canũt vario: figuntq; epygrãmata ſiſtro
Bis duo/ſexue notas/inuide aduſq; decem.
Quare vel capiat cunctos tua carthula verſus:
Aut interruptum deſine liuor opus.

Reſponſum Bibliopole
¶ Abs te ſcire modo vellẽ paſquille benigne/
Quid ego nunc feci Bibliopola mali:
Carmina recte puto tibi me ſcripſiſſe quotãnis.
Sed nunq̃ potui ſcribere cuncta ſimul:
Pauper ego nã ſum/nec cartas emere poſſum.
Cum caream nummis nunc ſatis atq; ſatis.
Hos igitur mihi da: nec dedignabere mecum/
Nam tunc perſcribam carmina cuncta tua.

FINIS